

NOCTVA IMPERATRIX FACTA

Haec fābella versibus hexametrīs composita est.

Saepe ducēs fīunt quī tempus saepe legendō
dēgunt atque animō servant sapientia verba.

Noctua erat quondam quae gnāvē dum vigilābat
in studium tōtam noctem incumbēbat, et illa
omnēs quōs potuit librōs reperīre legēbat.

Hanc vīdēre aquilae quae ‘cūr tam saepe’ rogārunt
‘librōs lēgisset,’ tum respondit quibus illa
‘se doctam fierī et prūdenter dūcere vītam
‘cōnārī,’ hīs dictīs rediitque ad bibliothēcam.

Post aliquot mēnsēs, dēcessit rēx aquilārum.

Cum disceptārent cīvēs ‘quis deinde corōnam
sumptūrus sit,’ tunc in mentem noctua vēnit.

Hīs igitur verbīs aquilae volucrem sapientem
arcessērunt: “Nōs prūdenter quaerere oportet
rēgem, cēnsēmus tē omnēs dignamque corōnā,
nam velut ipse Solon, lēgēs aequāsque bonāsque
ipsa dabis nōbīs quod verba legis sapientum.”

Porrexēre aquilae tunc fascēs atque secūrim,
nūminibus supplex, haec sūmpsitusque illa modestē,
et quoniam tantōs legerat librōs, sapienter
imperium rexīt, nam fructī sunt diuturnā
pāce omnēs cīvēs; longē respublica mansit.